



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivæ Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

5 Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50645)

tudinem? in qua & mensura est sine mensura, & terminus sine termino, & satiety sine indigentia, vel fastidio; & pax, quæ nulla turbatione interpoletur; & lux quam nulla nubes obnubilet; & salus, quam nulla infirmitas intercitat; & denique vita, quam nulla mors auferat, sed omnium bonorum perpetua lætitia cumulet. Cesset ergo vel maligna obmurmuratio, vel inficiens admiratio, si talia præparans talia præcipit, vt mandata eius custodiantur nimis.

§ Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas.

VOx hebræa, vnde versum est dirigantur, significat simul præparare, disponere, firmare. Hæc autem omnia necessaria sunt in via Domini, vt rectè quis ambulet. *Ephes. 2.* Nam & Apostolus ait. Quæ præparauit Deus (id est bona opera) vt in illis ambulemus: & Psalmista orat. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. Et alibi. A Domino, vel Apud Dominum (vt nostra habet editio) gressus hominis dirigentur, & viam eius volet: id est, opera grata habebit: & complacebit sibi, ac delectabitur in illis. Accipiuntur autem gressus pro itinere, & ratione viuendi. Non enim iste, vt multi, qui vias difficiles sectantur, & lassantur in via iniquitatis, finem vult, media nõ vult, sed

Ephes. 2.

Psal. 16.

Psal. 36.

Sap. 5.

sed cupit recto itinere viam mandatorum
 eius sic currere, vt & in hac vita, eo quo di-
 ctum est modo, sit beatus, & ad brauium
 valeat peruenire. Cupit autem dirigi vias,
 id est, rectas fieri, ne ad dexteram decli-
 nans, aut sinistram à recto calle delectat. *Necessi-
 tas dire-
 ctionis
 Dei.*
 Quam id autē pro nostra fragilitate pro-
 cliue factu sit, & à natura ipsa languida
 ostendit, & multitudo abstrahentium per-
 suadet, & experientia ipsa plus nimio ma-
 nifestat. Quam enim multi, qui rectē cur-
 rere cœperant, à fascinatione nugacitatis, *Sap. 4.*
 & inconstantia concupiscentiæ abrepti à
 recto itinere deflexerunt? Porro optantis
 vox est, Vtinam. Nec verò leuiter, sed om-
 nino ardēter optat ad Dominum pergere,
 ad quem totis visceribus anhelat propter
 illas omnes rationes, ob quas præcedenti
 versiculo diximus Dominum mandasse,
 vt mandata custodirentur nimis. Verunta-
 men, bone Domine, si res ista in volun-
 tate, & potestate currētis est, quid opus est
 optare? quid à te petere? cum ea, quæ in po-
 testate nostra sunt pro arbitrio operemur? *Qui non
 solum di-
 rigit, sed
 etiā por-
 tat nos.*
 Hic autem petit, & orat, & optat, vt di-
 rigantur à te vię illius. Nimirum pericula
 perpēdebat, carnis infirmitates cogitabat:
 quę cum animaduertuntur, vnum superest,
 vt ad te confugiamus, qui ponas in via
 gressus nostros; &, sicut pollicitus es, ipse
 nos portes. Ego feci, inquis, & ego feram, *Isa. 46.*
 portabo, & saluabo. Nec vtcumque por-
 tabis,

Exod. 19. rabis, sed sperantes, amantesque, vt de populo quondam tuo dixeris: super alas portabis Aquilarum, vt non modo veloci cursum tendamus, sed nec fatigemur, nec lassemur: nec in terra hac peregrinationis, & valle lacrymarum semita in pedibus nostris appareat. O felices, ô ter felices, quos super alas Aquilarum, & pennas tuæ vocationis, tuæque virtutis portas: vt iure optimo, qui talia cogitat, optet, atque suspiret, Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

6 Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

Perspicere hic significat etiam effectum operis. Merito non confunditur, qui perspexit in mandata Dei. Sunt qui vocem græcam, ἐπιβλέπειν, putent significare non quemcunque aspectum, sed diligenter inuestigantem, & perscrutantem. Sic enim mandata Dei inspicienda sunt. Et fortasse illud Apostoli Iacobi. Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, præsentem etiam locum explicat: subdit enim. Non auditur obliuiosus factus, sed factor operis. Quare & hic perspicere non erit nudus aspectus, sed indicat nobis non oportere præceptorum Dei inspectores obliuiosos, & desidēs esse, sed ad operis executionem renes esse accingendos: vt succincti lumbos in veritate, cum baculo constantiæ, & fidei, nudis à fæce terreno-

Ephes. 6.

ΓΙΙΙ